



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

11. De irregularitate ex mutilatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

tamen nemo nisi ob mortale censetur incurrere irregularitatem. Nam vtrum homicidium securum sit ex operatione secundum se licita an illicita, pertinet ad forum externum tantum, in quo praesumptio fieri solet, contra eum, qui rei illicitae operam dedit, non sine lata eius culpa homicidii accidisse, praesumptio autem cedit veritati.

- 5 Si vulneratus vulnere tamen non lethali, tamen mortuus est ob chirurgi penuriam aut imperitiam, inique vulnerans irregularis efficitur. Nam hoc est vulnus causa physica mortis existit Eademque ratio cui si occasione vulneris alius morbus accessit, mortem inferens. Nam *causa causa*, censetur etiam *causa causati*.

- 1 E contra, si vulneratus conualuit & reincidente vulnerans ab irregularitate & obligatione homicidii immunis erit, idque Iudicio Medicorum relinquendum, an mors ex vulnere nec ne.

CAP. XI.

De Irregularitate ex mutilatione.

- 1 **M**utilasse is solum dicitur, qui alicui membrum abscidit.
- 2 Qui alteri aurem, nasum, aut digitum vnum maioribus amputauit, videtur irregularitate murrere (nam de minoribus dubitat Suarez) Ratio quia Canones intelligunt, quamlibet partis organae abscissionem, ob quam corpus humanum notabiliter sua integritate priuatur.
- 3 Qui sibi ipsi digitum aliudue membrum per iniquitatem abscidit, irregularis est.